



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Aqua Baptismi consecrata an sit efficacior non consecrata. tit. 68

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

virtus baptismi non retinetur &c. Videas ergo quomodo baptismi satisfasias, promisisti enim mortificationem carnis, &c.

*AQVA BAPTISMI CONSE
crata an sit efficacior non consecrata.*

TITVLVS LXVIII.



RIMÒ notandum, quod Christus promisit discipulis suis, quod nomini suo vellet dare hanc potestatem, ut quones illud inuocarent super creaturam aliam quam, vellet assistere & operari in creatura, virtute nominis id quod pererent, sicut Mat. 10. dicit se velle in suo nomine tollere venenum & ponere, ut nihil noceat: sic tollere infirmitates per manum impositionem, sic serpentes de loco fugare, & expellere dæmonia. Creatura ergo nos mutatur à naturali conditione per consecrationem. Est enim eadem creatura post consecrationem sicut anteā, sed nouum effectum & virtutem operatur diuina virtus per creature illā post consecrationem, quam anteā nobis habuit. Per orationem igitur & benedictionem oratus Deus, ut hūc effectum velit operari per hanc creaturam, sicut sonant precationes & benedictiones.

Secundò, sic virga Moysis vertitur in colubrū in suu Dei, & iterū vertitur in virgam & baculum, Exod. 4. Sic virga Aaron, Num. 17. Dat petra aquam per celata virga Moysis, Numer. 20. Aqua zelotypia quæ dabatur mulieri, Nume 5. serpens æneus visus, Numer. 21, similitudine vestimenti Christi, Matt. 9. Hæc omnia & alia multa Deus operatur, non ipsa natura rei in natura, sicut sèpè cōprobatum est. At consecratio & consecratio per verbum fidei & orationem, fidem facili certiorem, quod Deus hæc operaturus sit, & fides in verbo promissionis quiescit, quo Deus promittit per virtutem nominis sui hæc se operaturum.

Tertio,

TITVLVS LXVIII. 207

Tertiò, aqua baptismi consecrata, si ad naturalem conditionem respicitur, aqua est post, sicut & antea: sed autem ad effectum, quem Deus propter inuocationem nominis sui promittit, tunc melior est, sanctior & efficacior. Et sic dicitur Ezech 36. Effundam super vos aquam mundam &c. non dicit simpliciter aquam, sed addit, mundam. Et 1 ad Tim 4. Apostolus dicit, q̄ creatura sanctificatur verbo & oratione. Est quidem omnis creatura Dei bona, id est, à natura, sanctificatur autem ne diabolus per illam noceat.

Quartò, Deus vult in omnibus creaturis laudari & benedici, sicut præcipit David Psalm. 150. Laudate Deū in virtutibus eius, quas scilicet operatur in omnibus creaturis, laudate eū &c. Omnis enim creatura benedicit Deum, id est, obedit & facit ea, quæ Deus vult fieri per ipsam. Et nos magnificare debemus Deum, qui varijs modis & per varia media in nobis operatur salutē & sanitatem corporis & animæ. Non curandi sunt mendaces, qui nihil dicere possunt, nisi solus, sola, solum. Aut qui mentiuntur, dicentes: Quoniam remissionem peccatorum & salutē tribuamus creaturis, Deus est, q̄ operatur omnia, i. ipse solus facit omnia in omnib. creaturis, i. Cor. 12. sanat solo verbo, aliquando sanat per medium, ipse sit benedictus.

DE CAEREMONIA BA-
ptismi.

TITVLVS LXIX.

BRIA sunt notanda: Primò, quid sunt ceremoniæ: Secundò, quare institutæ patribus: Tertiò, qui sunt fructus.

Primo, ceremoniæ sunt opera & exterritius, qui obseruantur & spectant ad honorē interni operis Dei, ut baptismus est opus Dei, in quo inuincibiliter ipse operatur remissionē peccatorū: huic operi

Oo 2 diuinæ